


1528. ii, 22. Martij

Littere Imperatoris Turcarum
ad Sigismundum I. Regem
Poloniae

64

Sultan, Suleiman Thracus, Dei gra:
tia gloriosus, magnus et invictissimus
Imperator Constantinopolis, Rex Rei:
gum, largitor coronarum, umbracu:
lum terra, Dominus magni maris, in:
ferioris, majoris, et minoris, Asiae affri:
ca, Europa, Syria, Trabyce, India, Gu:
menec, Gallicia, Phenina, Alexandria,
et Aegypti, nec non magne Civitatis
Aliairi, Ethiopia, Media et Same:
chia, Sibia, et maris Indii, Rubrique
regni Jerusalem, Samarie et maris
Tyberiadis, Damasci, Elepi magne,
et Antiochia, Mesopotania, Caldea
et Magni Babilonis, cum majori, et
minori Armenia, Partia, Persia
Hiberia, Georigianca, cum mari Cas:
pio Trapesonti, Thauricia, Cappado:
cia, Cesarea, Pamphilia, Cilicia, et
Tharsia, Caromania, Amasia, Papha:
gonia, Phrigia, Bithinia, Nicea, Nico:
medie, et Calcedonia, nec non uni:
verse magna Anatholica, Grecia, Thra:
cia, Romania, macedonia, Thessalia
Pelopamesi, Corynthis, Cheronesi, Aba:
nia



Albania et Boschna, Bulgaria, Vala:
chia, Bogdania, Scythia, Tartaria,
et multarum aliarum Provinciarum
Imperij et Regni nostri fortitudine,
armis, virtute, et flamma fulmi:
nea acquisitarum per nostros Prae:
decessores Imperatores, Sultan ma:
chomet, Isae Sultan, Bujarathia:
rum nostrum, quibus Divina clemen:
tia tribuat requiem, et beatitudi:
nem in sempiternum.

Vobis Serenissimo, et excellentis:
simo Domino Sigismundo, Dei Gra:
tia Regi Poloniae, magno Duci Li:
thuaniae, Russiae, Prussiae, et mul:
tarum aliarum provinciarum.

Post consuetas et Debitas salu:
tationes, ad praesens comparuit in
Curia mea magna et excelsa Nunti:
us Majestatis vestrae cum literis
preseferentibus affectuosam, et a:
micabilem salutationem nobis signi:
ficando et Declarando Majestatem
Vestram designasse admitten² orato:
rem et Consiliarium suum ad no:
stram Caesaream Majestatem pro
confirmatione pacis et bonae amici:
tiae inter nos preteritis temporibus

Firmiter

firmiter observare pro quo etiam, salvi
 conductus liberas petijt, et licet prate:
 rito tempore Rex Joannes infuriam
 meam magnam et excelsum miserat
 per nuncium suum literas, significan:
 do, ut pax et amicitia inter maje:
 statem vestram, et meam Cesaream
 Majestatem reformaretur, ut ipse
 possit habere succursum et subsidi:
 um ab ipsa Majestate vestra, per
 quem nuncium salvis conductus fuit
 scriptus, et ex mea magna et excel:
 sa curia Majestati vestra missus,
 et ex parte Majestatis vestra Ora:
 tori ad comparandum, et veniendum
 ad nostram Majestatem erat Designa:
 tum tempus, pro confirmatione pre:
 teritorum Capitulorum pacis et ami:
 citiae, quae est inter nos. Et quoniam
 per nullum effectum, vel alium quem:
 vis modum unquam sit violata, imo
 confirmata, atque Orator ipsius Ma:
 jestatis vestra possit venire, et ire
 securissime, tali effectu et vigore pre:
 sentium nemo audeat impedire,
 cum nec dare fastidium et impedi:
 mentum aliquod. Itaque id sit no:

tum



Id sit notum omnibus, et istud sit
pro fidei salvo conductu ipsi Oratori,
et his nostris presentibus eam presta-
bitis fidem, ut decet, nec plura, et be-
ne valete. Datum in magna curia no-
stre honorate sedis Constantinopo-
litane Die secunda lune Anno nostri
Prophete 1438. Die 22. Martij Anno
Jesu Christi, 1528. ~